

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

gros, neglectis horis appendicibus: at canon aliter condi non potuit, quam si anni omnes Juliani æquabiliter definirentur dierum 365, & Horarum sex, seu scrupulorum diei 15'. Habet tamen hæc observatio ususque tanto minus difficultatis, quod Epochæ in his Tabulis omnes sunt in principiis annorum primorum à bissextili. Itaque quoties Canon exhibet summam dierum in annis singularibus subtrahendam, scrupula diei 15'. 30'. vel 45' non sunt subtrahenda; sed reliquenda in numero, unde essent subtrahenda; ut ex illo fiant horæ dierum appendices. Hac superata difficultate, de cætero levamentum experietur calculator in custodiendis annis bissextilibus; quia Canon ipse dies bissextilis ex scrupulis dierum collectos ultra complectitur. Reliquus usus Canonis est facilis; cum annis infra sexaginta, quæsitis in margine, excerpuntur Dierum Sexagenæ Secundæ, Primæ, Dies, & Scrupula Diei. Si annorum summa proposita fuerit major sexagenario, unitas marginis significat annos 60, binarius 120, & sic consequenter; & tunc excerpuntur Sexagenæ Tertiar, Secundæ, Primæ, & Dies singulares; Scrupula Diei nulla. Rursum si annorum summa excreverit ultra 3600, qui sunt annorum sexagenæ 60; tunc unitas marginis excerpit dierum Sexagenas Quartas, Tertias, Secundas, Primas; Dies singulares nullos. Subordinatis verò invicem speciebus iisdem numerorum excerptorum, fit omnium Summa per additionem Logisticam: quæ si habuerit diei Scrupula, ea negliguntur, quippe quæ in annis propositis integris non numerantur usualiter, ut dictum est.

PRÆCEPTUM 77.

PRÆCEPTUM 78.

Vicissim si quæratür de aliquâ summa dierum in Sexagenis conceptâ, quot faciat annos Julianos, quarto quoque bissextili: per Numerum Sexagenarum proximè minorem Canonis, excribatur margo, isque pro re natâ vel pro simplicibus habeatur annis, vel per 60, vel denique per 3600 multiplicetur. Subtracto autem illo proximè minori à proposito, cum residuo agatur perinde, quæsito proximè minori in Canone, qui cum sit specierum humiliorum, exhibebit etiam marginem speciei æquali gradu depressæ. Ita ex duobus vel tribus ingressibus acquisiti & debito modo resoluti margines, in summam coniecti, prodent annos. Si quid superfuerit minus quam 6'. 5'. 0', modus anni: id per Tabellam mensium resolvendum est in menses completos vel etiam 91. ab anni principio, dieſq; residuos. Omnibus verò diebus consumptis, Scrupula dierum residua (à quibus diximus subtrahi nihil debere, etsi quid offeratur ex Canone) convertenda sunt in Horas & Minuta.

Tab. f. 41. vel etiam 91.

Per præc. 17. fol. 18.

IAM igitur dato tempore à certâ Epochâ lapso, & resoluta per præceptum antecedens, in Sexagenas, Dies & Scrupula; ex Canonibus motuum sic colliguntur motus medii. Initio excribitur Epochâ, sed Signa bina in unam Sexagenam graduum sunt redigenda, & Signum unū supernumerarium in 30° gradus. Deinde notandum,

PRÆCEPTUM 79.

Descriptio Canonis sexagenæ Motuum.

duplicem Frontibus Canonum circumjectam esse notationem, unam à sinistra deorsum, alteram à sinistra ad dextram; in utrâque occurrunt Dies, Primæ, 2dæ, 3tiæ, intellige, Sexagenæ. Ergo

prima ad sinistram species numeri propositi, quæritur in horum limborum utroq; &, quam notæ similes, speciei indices, comunem habent sui concursus aream, syllabâ Sex: notatam, in ejus columellâ seu serie numerorum descendente, occurrent Sexagenæ excribendæ; lineam indicabit numerus idem, qui primum est membrum propositi, quæsitus in margine: Sexagenæ verò excribuntur non plures 5, rejectis omnibus senariis: sequens ejusdem lineæ numerus est graduum, tertius scrupulorum, &c. Postquam per omnes Sexagenas, etiamq; per dies integros facta fuerit legitima excerptio, semper humilioris excerptis specie ab areâ sinisteriore incipiente; tunc etiam cum scrupulis Diei fit excerptio, pro quibus limbus alius margini subiectus est, in quo serie descendente occurrunt Scrup. 1a, 2da, 3tia, 4ta, quæ notationes singulæ singulas lines inchoant apicem, quibus species excerptorum notatur. Nam ubi Scr. 1a excerpunt Partes, ibi 2da, excerpunt sc. Prima, &c. Omnia verò excerpta adduntur Epochæ suæ: nec est dissimilitudo in motu Latitudinis D, quia is ingestus est in Canonem, compositus ex motu Nodi ab æquinoctio retrorsum, & Lunæ ab æquinoctio prorsum. Si Epochâ terminet tempus propositum, motus seorsim collecti subtrahuntur ab Epochâ.

Vi præc. 79

EXEMPLUM HARUM PRÆCEPTIONUM.

Desidero motum Solis in annis ante Christum 3992, mensibus ultimis à Julio, de anno 3993. diebus ultimis Julij 7. Horis 23. 26. 34. Ergo anni 3600 dant 1°. 0'. 0'. restant 393. Sic anni 360 dant 6°. 0', restant 32 pleni.

Iam excerpo cum Anna-	
rum 1°	0°. 6". 5". 15". 0"
Cum 6. Annorum	0. 36. 31. 30
Cum 32° annis	3. 14. 48
Ultimi 5. Menses anni	2. 33
Julij dies ultimi	7
Horæ 23°. 26' sunt	58. 35
	34" sunt 1. 25

Tempus ergo resolutum sic scribitur
6°. 45". 3'. 58". 58'. 36". 25"

Epochâ Christi Sig. 9.	8. 49. 57	Sit tempus sequeretur Epochâ; addere ei excerpta. Nunc quæ antecesserunt, addo excerpta seorsim, & subtraho ab Epochâ summam.
Pro eâ scribo Sex. 4. 38. 49. 57		
Tempus antecedens.	6" 1. 58. 28. 34. 23. 54	
	45" 3. 14. 48. 34. 17. 59	
	3' 2. 57. 24. 59. 14. 17	
	58" 0. 57. 10. 3. 5. 16	
	58' 0. 57. 10. 3. 5	
	36" 35. 29. 0	
	25" 24. 38	
Summam aufer	3. 8. 49. 56. 57. 39	
Restant	1. 30. 0. 0. 2. 21	
Colligitur motus	1. 30. 0. 0. ab æquinoctio, id est, Sig. 3. G. 0. 0. 0."	

CANONES Sexagenarii motuum reliquorum insunt potestate in Tabulis motuum in annis Julianis solutis. Sex enim millia annorum sunt una Sexagena seculorum, & 12 millia, duo